Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

# Auff Ihrer Königl. Majest. zu Dennemarck Norwegen, e[t]c. e[t]c. Allergnädigsten Specialen Befehl, Revidirte Oldenburgische Stadt-Schul Ordnung

**Adler, Jacob Nicolaus**

**Oldeoburg, 1703**

**VD18 13393405**

Lectiones in Prima Classe praelegendae.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-17761**

Visual Library

# Lectiones in Prima Classe prælegendæ.

## Die Lunæ & Martis.

### Horis Antemeridianis.

*à 7. ad* 8. Recitantur & inculcantur Erotemata Logica M. Jac. Thomasii, & ad Praxin accommodantur, ostendendo potissimũ eorum usum in Disputationibus & Auctorum resolutionibus.

*ab* 8. *ad* 9. Componuntur Chriæ, Oratiunculæ & Epistolæ, ad imitationem Ciceronis aliorumque probatorum Auctorum.

*à* 9. *ad* 10. Recitantur & explicantur Hoppii Institutiones Juris.

### Horis Postmeridianis.

*à* 1. *ad* 2. Tractatur studium Geographicum, ex Auctoribus & ex mappis, in quibus singula loca demonstrantur.

*à* 2. *ad* 3. Explicatur Julius Cæsar & hoc absoluto Q. Curtius Rufus, aut alius probatæ *Latinitatis* auctor.

*à* 3. *ad* 4. Inculcatur Historia tàm Ecclesiastica quàm Profana, additis subsidiis Chronologicis è Tab. Schraderi petendis.

## Die Mercurii.

*à 7. ad 8.* Recitantur Institutiones Theologicæ Majores B. Diederici, cum dictis Biblicis ibidem allegatis, quæ tàm in linguis originalibus, quam lingua vernacula, memoriæ imprimuntur, & insuper monstratur, quomodo ex iisdem dictis ratiocinationes contexendæ, & id, quod auctor probandum susceperat, per conclusiones conficiendum.

*ab 8. ad 9.* Alternis septimanis urgetur Argumenti alicujus compositio prosaica sive latine sivè germanicè, ut & Poësis tàm latina quàm germanica;

*à 9. ad 10.* Componuntur Chriæ, Oratiunculæ & Epistolæ.

Feriantur à Laboribus ordinariis.

## Die Jovis.

*à 7. ad 8.* Recitantur & exponuntur Erotemata Metaphysica M. Jac. Thomasii, eorumque Praxis demonstratur.

*à 1. ad 2.* Legitur *Lectio Hebraica* è *V. T.* cum Grammatices Hebrææ Wasmutho - Opitianæ Praxi.



Landesbibliothek Oldenburg

*ab* 8. *ad* 9. *Tractatur Philosophia* Moralis.

*à* 9. *ad* 10. Pergitur in componendis Chriis, Oratiunculis & Epistolis:

*à* 2. *ad* 3. Explicantur Poëmata Virgilii.

*à* 3. *ad* 4. Prælegitur N. T. Græcum, cum Analysi Grammaticâ ex Wellero instituendâ.

## Die Veneris.

*à* 7. *ad* 8. Tractantur Hebraica cum Analysi Grammatica Wasmutho-Opitiana.

*ab* 8. *ad* 10. Frequentatur Templum.

*à* 1. *ad* 3. Præleguntur & exponuntur Orationes Ciceronis, earumque praxis & imitatio inculcatur.

*à* 3. *ad* 4. N. T. *Tractatur* cum Analysi Grammatica.

## Die Saturni.

*à* 7. *ad* 8. Tractantur Institutiones Theologicæ Diederici, eo modo, quo die Mercurii.

*ab* 9. *ad* 10. Una alterave thesis ventilatur, vel Chriæ & Oratiunculæ à Discipulis compositæ, è suggestu declamantur.

*à* 1. *ad* 2. *Tractantur* Hebraica, eo modo, quo die *Veneris*.

*Post secundam* Præceptores cum Discipulis, è Schola educendis, cantilenis vespertinis intersunt, quibus finitis cœtus Scholasticus dimittitur

Rector quolibet mense, ejusque die primo *Saturni*, ab 8. ad 10. Exercitium instituet Disputatorium, ut Academiæ Candidati in praxi logicâ firmentur.

Rector quolibet semestri circa festum Resurrectionis Dominicæ & Sanctorum Angelorum, Scholæ Antistites, urbisque Proceres ad Examen Scholæ publicum invitat.

Finito quolibet Examine publico duo pluresque Discipuli declamationes memoriter ê Cathedrâ Scholasticâ habent, & musarum nostrarum Patronis profectus suos probant.

# CON-RECTOR.

## Die Lunæ.

*à 7. ad 8.* Tractatur Rhetorica Thomasii, ubi explicatio & imitatio sedulo addenda & instituenda.

*ab 8. ad 9.* Phrases latinæ dictitantur, ex *Buchnerò* aut alio Auctore probato, & Græca vocabula recitantur.

*à 9. ad 10.* N. T. græcum exponitur, additâ praxi Grammaticâ.

*à 1. ad 2.* Phrases Latinæ horis antemeridianis dictatæ recitantur.

*à 2. ad 3.* Officia Ciceronis exponuntur addita imitatione extemporanea.

*à 3. ad 4.* Lactantius explicatur, & ad praxin Christianismi accommodatur.

## Die Martis.

*à 7. ad 8.* Tractatur Rhetorica Thomasii, eo modo, quo die præcedenti.

*à 1. ad 2.* Exponuntur Officia Ciceronis addita imitatione.

ab 8.